

portionem productam inter se fuerint æquales reducetur hæc proportio ad quatuor quantitates omologas, scilicet abiectis ambabus æqualibus. Sit gratia exempli prima æqualis quintæ: & quia in octauo modo proportio secūdi ad quartum producitur ex proportione primi ad quintum, & sexti ad tertium, ergo per exposita proportio secūdi ad quartum, ut sexti ad tertium, & ita permutando, & conuertendo secūdi ad sextum, ut quarti ad tertium, & tertij ad quartum, ut sexti ad secundum.

Vndecima petitione.

Propositio octaua.

Si duarum proportionū superiores numeri alternatim cum inferioribus multiplicentur, atq; coniungantur: erit proportio aggregati ad productum ex inferioribus inuicem proportio ex primis proportionibus composita.

Sit proportio una a ad b, alia c ad d, ducatur b in c, fiat e & a in d, & fiat f, iunganturq; e & f & fiat h, & ducatur b in d et fiat g: dico proportionē h g compositam esse ex proportione a ad b, & c ad d. Quia enim ex b in c fit e, & ex b in d fit g, erit proportio e ad g, ut c ad d, & similiter, quia ex d in a fit f, & ex d in b fit g, erit f ad g ut a ad b. Sed e & f componunt h, igitur proportio h ad g est composita ex proportionibus e & f ad g, igitur per communem animi sententiam, & diffinitionem compositæ proportionis, proportio h ad g composita est ex proportionibus a ad b, & c ad d, quod est propositum.

$$\frac{a}{b} \times \frac{c}{d} = h \quad \text{Cor}^m.$$

$$\frac{e}{f} = g \quad \text{Ex 13 petitione.}$$

Per 14 diffinitionem.

Propositio nona.

Si duarum proportionum superiores numeri alternatim cum inferioribus multiplicentur, minusq; productum ex maiore detrahatur, erit residui ad productum ex inferioribus proportio uelut illa, quæ relinquitur detracta minore proportione ex maiore.

Hæc eodem modo probatur, ut præcedens, nisi quod h fit detracto è minore: gratia exempli ex f, & ita ex diffinitione patet propositum.

Propositio decima.

Si fuerit alicuius quantitatis ad unam partem proportio uelut alterius partis ad secundam quantitatem erit proportio cuiusuis quantitatis eiusdem generis ad secundam composita proportio ex proportionibus eiusdem quantitatis assumptæ ad utranq; partem primæ quantitatis seorsum.

Sit a b quantitas diuisa in c, & sicut a b ad a c, ita b c ad d: eritq; iterum permutando a b ad b c, ut a c ad d, & sumatur quædam quantitas e eiusdem

$$\frac{a}{c} = \frac{b}{d} \quad \text{Cor}^m.$$

$$\frac{e}{a} = \frac{d}{b}$$